XL. De eodem ſermo. v.

Miſſus eſt ange
lus Gabriel. Luc. j. Multa di/
cim⁹ ⁊ deficim⁹. q̃a vt ait Ber.
Licet multi de virgine matre loqui geſtiāt:
quicq̃d tñ de indicibili dicitur: eo ip̄o ꝙ dici
nō potuerit minus gratū ſit. min⁹ placituȝ:
⁊ min⁹ acceptet. In verbis ergo ꝓpoſitis cū
ſequentib⁹ q̈tuor poſſumus intelligere q̄ ad
dei incarnatōeȝ decēter cōueniūt. ſ. angeli le
gationē. virginis deliberationeȝ. ꝯſenſus in
clinationē. ⁊ dei ꝯceptionē. Primū ibi: aue
cū ſequētibus. in quib⁹ angelus ſuā legatio
nem ꝑorauit. Secundū ibi: quō fiet iſtud.
in quo virgo beata ſe deliberauit. Tercium
ibi: ecce ancilla dñi. in q̄ ꝯſenſuȝ inclinauit.
Quartū ibi: fiat mihi. in quo verbo deus in
vterꝫ eius ſe inclinauit. nec deū cōcepiſſȝ: ni/
ſi prius cōſenſiſſet. nec prudēter cōſenſiſſet:
niſi mature deliberaſſet. nec deliberaſſet: niſi
legatōȝ angel⁹ ꝑhibuiſſȝ. Circa legatōē g̃ in
cipiētes: dicim⁹ ꝙ hec angelica legatio tria
oñdit ⁊ ꝑfecit in ea. Oſtēdit eñ eam deo ac
ceptiſſimā. hoīb⁹ fructuoſiſſimā. ſibiipi ſan/
ctiſſimā. Primo dico oñdit eā deo eſſe acce/
ptiſſimā: qui ad opus nr̄e redemptiōis ele/
git eā ex omni carne. nec dubiū quin deo fue
rit gratiſſima: qui eā ad tam ſublime opus
ex oībus ⁊ pre omnib⁹ elegit. qḋ in ſe cogno
ſcēs dic. j. Paral. xxviij. Placuit deo vt me
eligeret. Secūdo hec legatio fecit eā hoībus
fructuoſiſſimā. De nulla enim creatura pu
ra tam copioſus fruct⁹ ꝓuenit queādmodū
de Maria. de cui⁹ fructu quātū in eo eſt om
nes hoīes ſunt redempti: iuxta illud Eccli.
Videte qm̄ non ſolū mihi laboraui: ſ; om/
nib⁹ exquirētib⁹ veritatē. Tercio hec legatio
fecit eā ſibiipi ſanctiſſimā. cui⁹ corpus ⁊ aīa
ex vnione diuini germinis ſunt q̄dāmodo
deificata. Secūdo beata virgo poſt legatio/
nem habuit deliberationeȝ quā flore triplici
adornauit. Non enim ꝑcipitauit vt Eua. q̄
ad legationē ſerpētis ſtatim ꝑcipitādo con
ſenſit: ſ; moroſe deliberauit. q̄r cogitabat q̄liſ
eēt iſta ſalutatio. nō nimis dubitauit vt Za
charias. qui ꝓpter nimiā incredulitateȝ lin/
gue officio eſt priuatus. ſed ſapiēter interro/
gauit: dicens. Quō fiet iſtud. Tercio cōſen
ſuȝ ſuū inclinauit: dicens. Ecce ancilla dñi.
⁊ hoc cum triplici deuotiōe ornās cōſenſum
ſcȝ cum ꝓfunda humilitate. plena credulita
te. affectuoſa cupiditate. Naȝ hūilitas in ea
apparuit ꝙ cum regina celi ⁊ terre eligeret:
ipſa ſe ancillā nominauit. Plena autē credu
litas in hoc cognoſcit ꝙ dixit: ſm verbū tu/
um. Affectuoſa cupiditas in eo qḋ dixit: fi/
at. qḋ eſt verbū optatiuū. Quarto poſt hūc
ꝯſenſuȝ deus ſe in eius vteruȝ inclinauit: fe/
rens ſecum benedicte matri triplicem grati/
am. Omnes eniȝ mulieres maledictiōi ſub
iacebāt triplici. habent eniȝ in cōceptiōe pu/
dorem. in impͦgnatiōe laborē. in partu dolo/
rem. que tria dñi cōceptus abſtulit et eoruȝ
cōtraria ſecum tulit. Nam vt ait Bern. fuit
beata virgo ſine pudore fecunda. ſine labore
grauida. ſine dolore puerpera. ecce triplicem
gratiā. F His breuiter ꝑcurſis: nunc
videamus quō in predictis q̈tuor: ſcȝ legati
one. deliberatiōe. cōſenſus inclinatiōe. dei cō
ceptione: noſtrū negociū actitetur. Omnes
enim qui vnq̄ȝ ſunt gratiā cōſecuti: per ꝑdi/
cta quatuor ſunt ꝓmoti. ita vt qui deo vnq̄ȝ
placuerūt et ad eius regnum ꝑuenerūt: per
iſta quatuor trāſierunt que per ordineȝ pro/
ſequētes. Primo dicim⁹ ꝙ deus magni cō/
ſilij angelus ad ſingulos ⁊ ad omēs ſuas le
gationes mittit: nullū tranſiens: nullū ſper
nens. teſte Job qui dicit. Sup quem nō ef/
fulſit ſplendor eius. hoc eſt lumē gratie ⁊ vo
cationis ſue. Hanc aūt legationeȝ ꝑagit in
triplici genere nunciorum. ſcȝ per creaturā. ſcri
pturā. ⁊ naturaȝ. Primo dico mittit ad nos
omnē creaturā: que nos ꝯmonefaciat vt ad
eum cōuertamur: ⁊ ei vt dignū eſt adhereā/
mus. Nam in eo ꝙ omnia ſeruiūt ei: q̄d ali
ud aſtruūt niſi vt ad hoc ei pre oībus tenea
mur. ⁊ ad hoc ſimus tanto obligatiores: q̄n
to pre ceteris digniores. Hinc Sapiē. xiij.
A magnitudine ſpeciei creature cognoſcibi/
biliter poterit eorum creator videri. Cur auteȝ
deus ꝑ creaturā vult cognoſci: niſi vt cogni/
to adhereamus. Hinc Job. xij. Interroga iu
mēta ⁊ docebūt te. volatilia celi ⁊ indicabūt
tibi. loquere terre ⁊ rñdebit tibi: ⁊ narrabūt
piſces maris. Hinc Aug⁹. Ecce celū; terra;

mare ⁊ omnia que in eis ſunt vndiq; mihi
dicũt vt amẽ te. nec ceſſant hoc dicere om/
nibꝫ vt ſint inexcuſabiles. Interrogaui om
nia de deo meo ⁊ dixerũt mihi omnia. nõ ſu
mus deus tuus: quere ſup̃ nos. Hinc Ber.
Queſo reduc oculos ad omnia inferiora et
aduerte: ſi non cuncta que vel nobis in pro/
ſperis ſeruiũt vel ſeuiũt in aduerſis. quedaꝫ
ſunt calcaria vrgẽtia quodãmodo ad curſuꝫ
amoris. Secunduꝫ legatum mittit ad nos
deus ſcꝫ ſacram ſcripturã. que certatim cla/
mat in omnibus dictis ſuis vt ad deum ve
nire cõtendamnus. Hinc Eccli. xij. Verba
ſapientum ſicut ſtimuli: que nos vel ꝑſuaſi
one: vel exhortatiõe: cõminatione: promiſſio
ne ſtimulãt ad deuꝫ. Nam vt ait apoſtolus
ij. Thimot. iij. Omnis ſcriptura diuinitus
inſpirata vtilis eſt ad docendũ. ad arguen/
dum. ad corripiendũ. ad erudiendũ in iuſti
cia dei. Per hos omnes modos ſacra ſcri/
ptura ſtimulat nos ad deum. Hinc idem
apoſtolus. ij. Corint. v. Pro chriſto legati/
one fungimur tãq; deo exhortãte ꝑ nos. ob/
ſecramꝰ p xp̃o recõciliamini deo. vt cũ xp̃us
pro om̃ibus nobis mortuꝰ ſit: de cetero qui
viuũt iam non ſibi viuũt: ſed ei qui pro om/
nibus mortuus eſt. G ¶ Tercius nun/
cius eſt ꝓpria natura: que ſola omnibus ta/
centibus nunq; in homĩe requieſcit: ſed ſem/
per bona ſuggerit et mala ſuggillat. intẽdẽs
in eiſdeꝫ duobꝫ vt ad dñm veniamꝰ. Hinc
Prouerbi. Siue iraſcat̃ homo ſiue rideat:
non inueniet requiẽ. Hinc Sap̃. Semper
p̃ſumit ſeua ↄturbata ↄſciẽtia. Hinc Ber.
Inexcuſabilis eſt oĩs homo: etiã infidelis ſi
nõ diligit dñm deũ ſuũ. Clamat nempe in/
tus ei inata ⁊ nõ ignota rõni iuſticia ꝙ ex to/
to corde illũ diligere debeat cui ſe totum de/
bere nõ ignorat. Hinc ẽ ꝙ eadẽ natura duo
p̃cepta aĩe ſuggerit. ſ. affirmatiuum: qd̃ tibi
vis fieri vide vt alteri exhibeas. Negatiuũ
ſcꝫ qd̃ tibi nõ vis fieri alteri ne feceris. vt ꝑ
hec duo oĩbꝫ alijs tacentibꝫ ↄmoneamur vt
ad dñm veniamus. Ante oĩa aũt ⁊ ſuꝑ oĩa
iceſſanter hec diuĩa iſpiratõ ſalutẽ nobis nũ/
ciat. qcq̃d enĩ de grĩe bõi menti ſuggerit̃ dei
ẽ locutio: dei legatio: ⁊ dei ad ſe ſtimulatio.
Hinc Ber. Si intꝰ ẽ monitus fuero in ſpũ

de tuẽda iuſticia. ſeruãda eq̃tate iſtiuſmodi
ſalutaris ſuaſio erit mihi ꝓfecto p̃nũcia im
minẽtis aduentus. ⁊ p̃paratio quedã adſu
ſcipiendũ deũ. Nec talia cogitata putemus
nr̃am cogitatõem. dicit enĩ bern̄. Cũ mala
in corde verſamus nr̃a eſt cogitatio. ſi bona
dei locutio. illa cor noſtrum dicit. iſta audit
Accepta g̃ hac triplici legatõe dic̃ nobiſ deꝰ
illud. ij. reg. xxiiij. Nũc delibera ⁊ vide quẽ
reſpondeam ei qui miſit me ſermonẽ. Itẽ
ioſue. xxiiij. Elige hodie q̄d placet cui ſerui/
re potiſſimum debeatis. Et reſpondemus
omnes illud exodi. xxiiij. Omnia que locu/
tus eſt dominus faciemꝰ. ⁊ illud ioſue. xxiiij
abſit a nobis vt dominum relinquamus.
Sed pleriq; dicunt ⁊ non faciunt. quod nõ
ſine dolore dici poterit. maxima enim multi
tudo facit contrarium. de quibus iudi. ij. di
citur. Audientes mandata domini omnia
facere contraria. propter quod deus nõ que
rit ꝓmiſſi precipitationem ſed mutuam de
liberationem. D ¶ Secũdo ergo ex his
cõmoniti deliberemus vtrũ expediat vt dño
ſeruiamus vel ab eius ſeruitio recedamus
reuocantes ad memoriam huius vite bre/
uitatem. future eternitatẽ. inferni calamita/
tem. celi iocunditatẽ. inferiorum bonoꝝ te/
nuitatẽ. ſuperioꝝ copioſitatẽ. demonũ impi
etatẽ ⁊ crudelitatẽ. dei ⁊ ſanctoꝝ benignita
tem ⁊ ſublimitatẽ. q̃ cũ diligenti cõſideratio
ne compamus ad inuicẽ inuenimus ſine oĩ
ambiguo nihil dignius. nihil vtilius. nihil
dulcius quã vt domino ſeruiamus. Nã cui
dignius ſeruiemus quam ei qui dedit noſ/
metipſos nobis celum ⁊ terram mare ⁊ oĩa
que in eis ſunt. nec his contẽtus ſed ꝙ ma
ius omnibus eſt. dedit ſemetipſum nobis
ſeruiens peccatis noſtris ſicut yſ. xliij. Ser
uire me feciſti in peccatis tuis. prebuiſti mi
hi laborẽ iniquitatibus tuis. nec ↄtentꝰ his
ſed addidit promittens bona infinita ſcilꝫ
celi poſſeſſionẽ. ſuiip̃iꝰ fruitõꝫ. an cui adhuc
ſuiemꝰ dignꝰ. q̃ꝫ ei q̃ ſolꝰ ſuꝑ nos ẽ deꝰ nr̃.
Quotiẽs enĩ fuimus creature incuruamĩ ⁊
ſeruimus inferioribus ⁊ indignioribus ⁊ ex
hoc incurrimus maledictionem ſicut per ꝓ
phetaꝫ dicitur. Maledictus qui ſeruit indi/
gnis ſe. ignominioſum eniꝫ habet dominuꝫ

qui ſeruit dyabolo. Secundo nihil eſt vtili-
us niſi vt deo (cui ſeruire regnare eſt) ſeruia-
mus. Hec aūt vtilitas vt paucis concludat̄
verbis ꝯſiſtit in oīm maloꝝ euaſiōe. ⁊ in om-
ni bonoꝝ aſſecutōe. de quibꝫ duobꝫ dicit̄. j.
Paral. xxviij. Si q̄ſieris dn̄m inuenies eū.
ſi aūt dereliq̄ris eū, ꝓijciet te ī eternū. Ter-
cio nihil dulcius eſt quaꝫ adherere ⁊ ſeruire
deo. ſicut dicit̄ Eccl. Nihil dulcius q̄ꝫ reſpi
cere ī mandatis dn̄i. Et in ps. Dulciora ſu-
per mel ⁊ fauū ⁊c. Hinc Mat. veritas dic.
Jugū meū ſuaue ē ⁊ onus meū leue. Deq̄
Bern̄. Deus qui eternā vitaꝫ ꝓmittit in pa
tria: p̄ſentem cōſolatiōem ⁊ requiē promit-
tit in via. ¶ Viſis ergo cauſis ad ſer-
uiendū deo fortiſſime cogentibꝫ: tercio dicē
dum de cōſenſus inclinatiōe: per quem nos
velle ſeruire deo ꝓmittimus ⁊ vouemus. qḋ
cuꝫ facere intendimꝰ: dicit̄ nobis illud Hie
re. ij. Scito ⁊ vide quid feceris. ac ſi dicatur
Cōſidera q̄s ſit cui offers. quid ſit qḋ offers
⁊ q̄liter. Prīo ꝯſidera quis ſit cui votū tuū
offeras. quia nō ē vnus de plebe cui poſſibi-
le ſit mentiri. ſed eſt deus. cui ſi mētiti fueri-
mus: poteſtatē habet corpus ⁊ aīam mitte-
rē in gehennā. quia ſicut Eccli. v. dicit̄. Di-
ſplicet deo infidelis ⁊ ſtulta promiſſio. Illa
autē ꝓmiſſio ſtulta eſt ⁊ infidelis que ꝓmit-
tit qḋ non ſoluit. Secūdo conſidera quid ſit
qḋ offers. ⁊ ſunt omnia q̄ nō ſunt deus q̄ in
triplici reruꝫ differētia includunt̄: que ſunt
res corpus ⁊ anima. Res aūt offerimus per
paupertatē. animā per reſignatā ꝓpriam vo
luntatē. corpus per caſtitatē. Tercio cōſide-
ra qualiter offeras p̄dicta tria. ⁊ hoc facien-
dum eſt cū triplici cautela. ſcꝫ ſine omni re-
uocatōe operis expletiōe. ꝑfectuū augmēta-
tione. Primo dico offeramus deo votū vi-
te noſtre ſine oīm reuocatiōe: vt qḋ ſemel cū
cauta deliberatiōe obtulimꝰ: nūq̄ꝫ ad nos
reuocemus: ſed vtamur oblatis. ſcꝫ rebꝫ cor
pore ⁊ aīa tanq̄ꝫ nō noſtris: ſed tanq̄ꝫ eiꝰ cui
ea obtulimus. Hinc Deutro. Cuꝫ voueris
votū dn̄o deo tuo: non tardabis reddere. q2
requiret illud a te dn̄s deus tuus. ⁊ ſi mora
tus fueris reputabit̄ tibi in peccatū. Si no-
lueris polliceri abſq̄ꝫ peccato eris. qḋ auteꝫ
ſemel egreſſuꝫ eſt de labijs tuis obſeruabis
⁊ facies ſicut ꝓmiſiſti. q2 vt dicit̄ Eccl. Me-
lius eſt nō vouere q̄ꝫ poſt votum ꝓmiſſa nō
ſoluere. Sūme cauētes ne imꝓperet nobis de
us illud Hiere. ij. Cōfregiſti iuguꝫ. rupiſti
vincula ⁊ dixiſti nō ſeruiā. Secundo obla-
ta deo ꝑ votū noſtrū non ſolū nō reſumamꝰ
ſed ope expleamus. non ſolū lingua ꝓmittē
tes: ſed vota noſtra ope ⁊ veritate adimplē-
tes. qḋ tunc veraciter facimus ſi in his que
deo vouimꝰ nec nobis nec alijs: ſed ſoli deo
viuamus: facti nobis tanq̄ꝫ vas ꝑditū. Qḋ
faciendū monet nos apl'us: dicens. Nemo
qḋ ſibi vtile eſt faciat: ſꝫ magis qḋ alteri. Et
illud. Omnia quecūq̄ꝫ facitis ad gloriā dei
facite. Tercio vota nr̄a dn̄o ꝓmiſſo ſolua
mus cū augmētatiōe: vt de die in dieꝫ vota
noſtra augeamꝰ. Nā vt ait Bern̄. nulli diu
in eodē ſtatu eſſe cōcedit̄. Oportet eniꝫ ſuū
dei aut deficere: aut ꝓficere. Ne ergo deficia
mus: neceſſe eſt vt ꝓficiamꝰ. Nec hoc inten
dimus aſtruere: vt qui hodie fecit qḋ potu-
it cras faciat pluſq̄ꝫ poſſit. vt qui hodie orās
ꝑſoluit pſalteriū cras dicat duo ⁊c. hoc eniꝫ
eſſꝫ diſcretiōis metas excedere. ſꝫ dicimꝰ hoc
augmentū in ſpū fieri oportere. vt videlicꝫ
in charitate hūilitate ⁊ ceteris virtutibꝫ ꝓfi
ciamus. vt qui heri multuꝫ deum dileximꝰ:
multū hūiles fuimus ⁊c. hodie plus diliga
mus: plus corā deo hūiles appareamꝰ. Nā
ex tali augmētatiōe nō ſolū noſtrū obſequiū
nō aggrauat̄: ſed potiꝰ alleuiat̄. vt cū ps in
via teſtimonioꝝ dei ſicut in oībus diuitijs
delectemur. ¶ Quarto poſt dei lega-
tionē noſtrā deliberatiōnē ꝯſenſus inclinati
onem dei accipimꝰ viſitationē. Naꝫ p̄dictis
illectus veniet ⁊ ruit in amplexꝰ: dicēs. Ec-
ce aſſuꝫ. Quō aūt veniat tangit̄ paucis ver
bis Deutro. xxxiij. vbi dicit̄. Ipſe venit ple-
nus benedictōibꝫ. Eſt aūt triplex benedictio.
ſcꝫ maledicti euacuatio. fecūditatis amplia
tio. ſingularis grē collatio. Maledictio aūt
quā prima benedictio euacuat in duobꝫ cō-
ſiſtit. ſ. in laboris fatigatōe: ⁊ eiuſdeꝫ laboris
fruſtratōe. De primo dr̄ Gen̄. iij. In ſudore
vultus tui veſ. pane tuo. De ſecūdo ſtatim
ſubiungit̄. Cuꝫ operatus fueris: terra nō da-
bit fructus ſuos. Hāc maledictōem aufert
cū venerit ad aīam ferēs ſecū benedictiōem.

per cuius virtutem laborant ſine fatigatiõe et cũ magna fructificatione. de quo per Eſa. ꝗ. dz. Qui ſperant in dño mutabunt fortitudinẽ. aſſument pẽnas vt aquile currũt ⁊ ñ ambulabũt laborabũt ⁊ ñ deficiẽt. Et ẽ cã qꝛ dñs exiſtẽs cũ eis portat laborem et ideo non laceſcunt, ꝓpter quod deus ſuũ iuiciũ vocat iugum leue dicens math. Tollite iugum meũ ſuper vos. De hac bñdictiõe dz Geñ. xxx. Modicũ habuiſti añꝗ̃ venirem ad te et nũc benedixit tibi deus ad introitũ meũ. Secunda benedictio eſt fecunditatis ampliatio. qꝛ ſtatim ex eius pñtia oĩa ad meritũ ꝓpagãtur. quicquid eĩ in dei pñtia agitur totũ erit meritoriũ apud deũ. Hinc ij. reg. de deo dz. Cuncta ſalus mea ⁊ oĩs voluntas, nec eſt quicꝗ̃ ex eo, qđ nõ germinet. oĩa eñ talibꝫ cooperãtur in bonũ. de hac bñdictione dz Geñ. Benedixit eis dicens. Creſcite ⁊ multiplicamini. ac ſi dicat Creſcite in vite ſanctitate ⁊ multiplicamini in meritoꝝ multiplicitate. qđ ſolũ ex dei contingit pñtia. quia ſine eo nihil poſſumꝰ nec quod facimus quicꝗ̃ valet. Tercia benedictio eſt ſingularis gratie collatio offerens ſingulis ſm ꝙ plus ⁊ minus ad gratiã ſe diſponunt ⁊ fidelius ⁊ ſincerius dño ſe ꝯiungũt. iuxta illud Eſa. Scdm magnitudinẽ opm erit viſitatio. de cuius diuerſitate dicit berñ. Oportet pro varijs deſiderijs anĩe guſtũ diuine pñtie variari. deniꝗ audiuimus in amatorio carmine canticoꝝ q̃tiens mutauerit vultũ ⁊ nũc inſtar verecũdi ſponſi ſancte anĩe petat amplexus ⁊ oſculis delectetur. nũc vero in oleo ⁊ vngentis medicũ ſe exhibeat. rurſumꝗ quaſi viator et ſimilibus modis gratiam ſecum afferat dominus ieſus ⁊c.

XLI. De ſancto Ambroſio.

Videte vigilate ⁊ orate. marci xiij. L. Di. berñ.

Ne in huius ſancti feſtiuitate cuiuſcũꝗ ſermonis videamur immunes. recurrẽdũ eſt ad euangelicã lectionẽ in qua ſub triũ breuitate verboꝝ ſapiã dei pñis humane perfectõis ſummã incluſit. Ait eñ. Videte vigilate ⁊ orate. Qz aũt in his tribꝫ verbis huãne pfectõis vita ꝯſiſtat luce clarius patebit ſi virtutẽ eorundẽ verboꝝ ꝯgnoſcemus. Nã per verbũ videte a malis purgamur. per ſecundum ſcꝫ vigilate bona opamur. per terciũ ſcꝫ orate ad pfectũ ſanctificamur qui autẽ a malis purgatur bonũ opatur ⁊ ſanctificatur hic perfectus eſt vir. Et qꝛ egregius iſte doctor btũs ambro. virtutẽ ⁊ amorẽ horũ triũ verboꝝ pfectiſſime in ſe transformauit ideo placuit ad gloriaꝫ ſuã in eius feſto de predictis verbis facere ſmonẽ. hec breuiter tacta de ſancto ambroſio dicta ſufficiãt. Nunc videamus quibꝫ exercitijs pdictoꝝ verboꝝ virtutẽ ⁊ veritatẽ in nrãm vitã transplantemus dicẽtes. Videte vigilate ⁊ orate. Quõ ergo per verbũ videte a malis purgemur ſic patet. nam hoc verbũ videte idem eſt ꝙ cognoſcite vel intelligite ſicut vſitato modo loquẽdi poſt narrationẽ alicuius ſermonis dicimus. Vides hoc. i. intelligis hoc vel ꝯgnoſcis hoc. qđ etiam Berñ aſſerit ſic dicẽs. Ille qui videt oĩa hortatur nos vt poſtpoſitis oculis carnalibꝫ. mẽtis oculis lumẽ videamus. illis inꝗ oculis de quibꝫ p ſalomonẽ dz. Oculi ſapiẽtis in capite eius .i. in xpõ. qui cuꝫ ſit caput nrm ⁊ corpalibꝫ oculis videri nõ poſſit ꝯñs ẽ vt hoc intelligatur de oculis cordis dictũ. M. In huiꝰ ergo verbi virtute tria intelligimus q̃ ſe inuicẽ ꝯſequũtur p q̃ tria a malis oĩbꝫ pleniſſime purgamur ſcꝫ p pctõꝝ cognitionẽ. ꝯtritõeꝫ ⁊ remiſſionẽ. dic ḡ nobis deus. Videte oculis cordis introrſum ⁊ pluſtrate ꝯſciam et videte mala q̃ ꝯmiſiſtis. qꝛ nẽo mũds a ſordꝫ nec infans vnĩꝰ diei cuius vita eſt ſup terrã. qđ ſi facimus inuenimus ĩmenſum cumulũ pctõꝝ ſi tñ oculos cordis ſm iere. xxxi. dirigimꝰ in directũ. ait eĩ ſic Statue tibi ſpeculã. pone tibi amaritudĩes ⁊ dirige cor tuum in viã directã in q̃ ambulaſti. ſi enĩ dauid dĩ ſecretarius hoc dicere potuit. Circũdederũt me mala quoꝝ non eſt nu. et alius. Peccaui ſup arenã maris. quõ nos miſeri nõ poſſumꝰ dicere. qꝛ peccauimꝰ ſup omnẽ eſtimatõꝫ. aut qđ pctm̃ inter oĩa gñia mali eſſe potuit. quod non vel affectu vel operis effectu aliquando commiſimus. qꝛ quãto puriores ſumꝰ ⁊ viciniores dõ. tãto plura